



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum in ratione superiori possit esse peccatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

ergo dicendum, qd motus primi sensualitatis in infidelib. sint peccata mortalia, quia multo magis essent peccata mortalia fidelib. quia in vno & eodem actu plus peccat fidelis, q infidelis ceteris parib. ut patet per illud Apostoli ad Heb. 10. Quanto puratis eu de teriora mereri supplicia, qui sanguine testamēti pollutum duxerit; & secunda Petri 2. dicitur, Melius erat eis viam veritatis nō cognoscere, quā post agnitam retroire ab eo, quod traditum erat illis sancto mandato.

Ad argu. in contrariū. In corp. ar.

Ad ea vero quae in contrarium obijciuntur, patet ex dictis responsio ex his quae supra dicta sunt.

ARTICVLVS IIII.

Utrum circumstantia faciat de peccato ueniali mortale.

Q VARTO quaritur, utrum circumstantia faciat de peccato veniali mortale. & vñ qd sic. Dicit enim Aug. in Sermone de purgatorio, qd si diu teneatur iracundia, & ebrietas si assidua sit, transeunt in numerum mortalium peccatorum: sed huiusmodi sunt peccata uenialia ex suo genere, alioquin semper essent peccata mortalia, ergo peccatū veniale ex circumstantia assiduitatis, uel diuturnitatis fit mortale.

Serm. 4. in die animarū aliquantulum a principio to. 10.

Li. 4. dist. 24.

¶ 2. Præ. Delectatio morosa est peccatū mortale, ut Magist. dicit 24. dist. 2. lib. Sentent. sed si non sit morosa, est veniale peccatum, ergo circumstantia morositas facit de ueniali peccato mortale.

In post prædicam. c. 4. de oppositis in fine. tom. 1.

¶ 3. Præ. Plus differunt bonum, & malum in actibus humanis, quam peccatum ueniale & mortale: quia bonum & malum differunt genere. Sunt enim genera aliorum, ut dicitur in Pradicamentis. peccatum autem ueniale & mortale. cum vtrumque sit malum, conueniunt in genere: sed circumstantia facit de bono actu malum, ergo multo magis circumstantia facit de peccato ueniali mortale.

Ar. præced.

¶ 4. Præ. Inter alias circumstantias ponitur propter quid, quæ quidem circumstantia pertinet ad finem: sed propter finem peccatum ueniale fit mortale, ut dictū est, ergo circumstantia de ueniali facit mortale.

1. 2. q. 88. art. 5.

SED CONTRA, circumstantia est accidens actus moralis, sicut ipsum nomen sonat. sed esse mortale peccatum pertinet ad speciem peccati, cum ergo nullum accidens constituat speciem eius, cuius est accidens, videtur qd circumstantia non possit de ueniali peccato facere mortale.

In art. præcedent.

RESPON. Dicendum, qd actus moralis dicitur bonus, uel malus ex genere sui secundum obiectum. Supra hanc autem bonitatem, & malitiam potest ei duplex bonitas uel malitia aduenire: una quidem ex intentione finis, alia circumstantia. & quia finis est primum obiectum uoluntatis, ideo interior actus consequitur speciem ex fine. & si interior actus ex fine habet rationem peccati mortalis, transibit actus exterior in speciem interioris actus, & efficietur peccatum mortale, sicut supra dictum est: sed circumstantia non semper dat speciem actui morali: sed solum tunc quando nouam deformitatem addit ad aliam speciem peccati pertinentem, puta, cum aliquis super hoc quod accedit ad non suam, accedit ad eam quæ est alterius, & sic incidit ibi deformitas iniustitiæ. unde illa circumstantia dat nouam speciem, & proprie loquendo iam non est circumstantia: sed efficitur specifica differentia actus moralis. Si ergo circumstantia ad dita addat talem deformitatem, quæ sit contra præceptum Dei, tunc faciet id, quod est ueniale ex genere esse mortale. Id ergo, quod est peccatū ueniale ex genere, non potest fieri mortale, per

F circumstantiam, quæ manet in ratione circumstantie, sed solū circumstantia, q transit in aliam speciem, sed cōtingit qñque qd aliqd est ueniale non ex suo genere. s. ex parte obiecti: sed magis propter imperfectionem actus, quia nō pertingit usque ad deliberatum consensum rationis, qui complet rationem moralis actus. & tunc talis circumstantia, quæ est completiua moralis actus, facit de ueniali peccato mortale, puta, deliberatus consensus superueniens.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod iracundia non potest per se nocere proximo. Inferre enim nocentem proximo nocentem ex suo genere, est peccatum mortale, quia repugnat charitati quantum ad dilectionem proximi: sed quando motus iracundie appetit inferiori, & ratio non consentit ut nocentem graue proximo inferat, est peccatum mortale propter imperfectionem actus: sed si diu tenetur, non potest esse quin deliberatio rationis superueniat. Intellegitur autem teneri diu non quod actus que diu durat: sed quia potest aliquis per rationem resistere, & tunc motus iracundie non tenetur diu si duret. Similiter dicendum est de ebrietate ebrietas quantum in se est, auertit rationem a Deo in actu, ut scilicet ratio ebrietate durate non possit in Deum conuerti. & quia homo non tenetur rationem suam semper in Deum conuertere actu, propter hoc ebrietas non semper est peccatum mortale: sed quando homo assidue inebriatur, videtur quod non curet, q ratio sua conuertatur ad Deum: & in statu tali ebrietas est peccatum mortale. In enim uidetur qd conuersionem rationis ad Deum contemnat propter delectationem uini.

AD SECUNDUM dicendum, quod si similiter dicendum est de delectatione morosa, sicut & de delectatione diu manente.

AD TERTIUM dicendum, qd circumstantia quando transfert bonum actum in malum, constituit nouam speciem peccati, & sic transfert in aliam speciem moris, & in tali etiam casu potest de ueniali peccato facere mortale.

AD QUARTUM dicendum, quod finis in quantum est obiectum actus, dat speciem actui morali: sed ratione potest facere de ueniali mortale.

ARTICVLVS V.

Utrum in ratione superiori possit esse ueniale peccatum.

Q VINTO quaritur, utrum in ratione superiori possit esse ueniale peccatum. & videtur qd non. Dicit enim Aug. in 12. de Trinit. quod ratio superior inhaeret rationibus aternis, ex quo videtur quod in ratione superiori non sit peccatum, nisi per auersionem a rationibus aternis: sed omnimode peccatum est peccatum mortale, ergo in ratione superiori non potest esse peccatum, nisi mortale. ¶ 2. Præ. Peccatum in aliqua potentia non potest esse nisi per aliquam deordinationem actus in comparatione ad suum obiectum, sicut peccatum in actu videtur potentia esse non potest nisi per comparationem ad colorem: sed obiectum superioris rationis est ratio ultimus, quod est bonum aeternum, ergo peccatum in superiori ratione esse non potest, nisi per deordinationem circa finem ultimum: sed mortale peccatum est peccatum mortale. Nam ueniale peccatum est circa ea quæ sunt ad finem, mortale vero circa finem, ut supra dictum est, ergo in ratione superiori non potest esse peccatum, nisi mortale.

¶ 3. Præ. Superior ratio est q participat in luxu, sed lux gra uirtuosior est, q lux corporalis, lux corporalis

corporalis nisi corrumpatur vel diminuat, non deficit in suo actu. unde multo minus lux spiritualis. ergo in inferiori ratione non potest esse aliquis actus deficiens, nisi vel corrupta gratia vel diminuta: sed per veniale peccatum neque tollitur gratia neque diminuitur, ut supra dictum est. ergo defectus venialis peccati non potest esse in superiori ratione.

¶ 4 Præ. Obiectum superioris rationis est bonum fruendum, quod est bonum æternum: sed sicut Aug. dicit in lib. 83. Quest. Ois humana perversitas est frui vendis, vel vi fruendis. ergo peccatum in superiori ratione non potest esse, nisi per hoc quod utitur fruendo, quod est Deus: sed hoc est diligere aliquid magis quam Deum, quod facit peccatum mortale. Nam uti est referre aliquid in alterum sicut ad finem, ergo in superiori ratione non potest esse, nisi peccatum mortale.

¶ 5 Præ. Ratio superior & inferior, non sunt diversæ potestates: sed differunt per hoc quod ratio superior procedit ex rationibus æternis, ratio vero inferior ex rationibus temporalibus. ut habetur apud Aug. 12. de Tri. sed non potest esse peccatum dum procedit ex rationibus æternis, nisi per hoc quod aliquis errat circa rationes æternas, quod semper est peccatum mortale. ergo in superiori ratione non potest esse peccatum veniale: sed solum mortale.

¶ 6 Præ. Secundum Phil. in lib. de Anima, Ratio est semper recta: sed peccatum opponitur rectitudini. ergo in ratione superiori non potest esse peccatum veniale.

¶ 7 Præ. Phil. dicit in 1. Ethic. quod laudamus rationem continentis & incontinentis. & sic tam in bonis quam in malis ratio laudatur: sed in illo, quod laudatur, non est peccatum. ergo in ratione non est peccatum nec mortale nec veniale.

¶ 8 Præ. Ratio deliberatione importat. Si ergo aliquid peccatum sit in ratione, oportet quod sit in ea per deliberationem: quia omne quod est in altero, est in eo per modum eius in quo est: sed peccatum quod est ex deliberatione, est ex industria sive ex certa malitia, quod est maxime mortale, cum sit peccatum in Spiritum sanctum. ergo in ratione superiori non potest esse, nisi peccatum mortale.

¶ 9 Præ. Ad rationem superiorem pertinet considerare rationes æternas: sed consilium est deliberatio quedam. ergo superior ratio nunquam peccat nisi ex deliberato consensu, & sic idem quod prius.

¶ 10 Præ. Propter contemptum, veniale peccatum fit mortale, ut supra dictum est: sed hoc non videtur esse lineam contemptum, quod aliquis ex deliberatione peccat. videtur ergo quod peccatum superioris rationis, cum sit ex deliberatione nunquam sit veniale: sed semper sit mortale.

¶ 11 Præ. In inferioribus viribus a se inveniunt peccatum veniale ex surreptione: sed peccatum enim quod fit in superiori ratione ex surreptione, non potest esse veniale, ut videtur. ergo in superiori ratione nullo modo potest esse peccatum veniale, probatio media. Peccatum quod fit ex surreptione superueniente deliberato consensu, de veniali fit mortale, per hoc, quod ratio deliberans applicat aliquid aliud maius bonum, contra quod agere est maius peccatum, puta, cum insurgit concupiscentia ex surreptione consideratur in obiecto quod concupiscitur, solum ratio delectationis, cum vero ratio deliberat, considerat aliquid altius. legem Dei repugnantem concupiscentiæ, quam contemnendo per concupiscentiam peccat homo mortaliter: sed nihil potest accipi altius quam obiectum superioris rationis, quod est bonum æternum. ergo si peccatum ex surreptione circa proprium obiectum esset veniale, in superiori ratione non posset fieri mortale per deliberatum consensum: sed constat quod per delibe-

Aratum consensum est mortale. ergo etiam si sit ex surreptione est mortale. Nullo ergo modo potest esse peccatum veniale in superiori ratione.

¶ 12. Præ. Ratio superior est principium spiritualis vite: sicut cor in animali est principium vite corporalis, unde & cordi comparatur, secundum illud Prover. 4. Omni custodia serva cor tuum, quoniam ab ipso vita procedit: sed in corde non potest esse aliqua aegritudo quæ non sit mortalis. ergo nec in superiori ratione est aliquid peccatum veniale: sed mortale tantum.

SED CONTRA, Aug. dicit in 12. de Tri. quod omnis consensus in actu pertinet ad rationem superiorē: sed aliquis consensus in actu est peccatum veniale, ut potest, cum aliquis consentit, ut dicat verbum otiosum. Consensus in veniale peccatum est veniale, sicut consensus in mortale est mortale. ergo in superiori ratione potest esse peccatum veniale.

¶ 1. Præ. Sicut voluntas in bono, ita ratio delectatur in vero: sed voluntas potest peccare venialiter, si diligit bonum creatum infra bonum increatum. ergo ratio superior potest peccare venialiter, si delectetur in vero creato infra verum increatum.

RESPON. Dicendum, quod cum ratio sit directiva appetitus, dupliciter convenit esse peccatum in ratione. uno modo quantum ad actum proprium rationis, utpote cum in aliquo errat adherendo falso dimisso vero. Alio modo, ex hoc, quod appetitus post deliberationem rationis in aliquid inordinate fertur. & si quidem deliberatio rationis sumitur in aliquibus rationibus temporalibus, puta quod aliquid sit utile vel inutile, decens vel indecens secundum opinionem hominum, dicitur esse peccatum in inferiori ratione. Si vero deliberatio fiat per rationes æternas, puta, quia est concordans vel discordans precepto divino, dicitur esse peccatum in ratione superiori. Nam ratio superior dicitur, quæ rationibus æternis inhæret, ut dicit Aug. 12. de Tri. Dupliciter autem eis inhæret. & conspiciendis eis, & consulendis eis. Inhæret quidem conspiciendis eis obiecto proprio, eis autem consulendis inhæret tanquam medio, quod applicat ad dirigendum appetitum seu actionem. Vtrobique autem modo potest in superiori ratione esse peccatum veniale & mortale. Nam in quantum inhæret rationibus æternis conspiciendis, quæ sunt proprium eius obiectum, potest habere & actum deliberatum & actum non deliberatum, qui surreptio dicitur. Quamvis enim ratio sit deliberare, necesse est tamen quod in omni deliberatione includatur absoluta consideratio. Nam deliberatio nihil est aliud, quam quædam discussio, & quodammodo mobilis consideratio. In omni autem motu invenitur aliquid indivisibile, sicut & in tempore invenitur instantis, & in linea punctus. Si ergo in superiori ratione circa proprium obiectum fuerit peccatum ex surreptione, erit peccatum veniale, puta, cum aliquis subito apprehendit tanquam in possibile, Deum trinum & unum. Non enim est hoc ante peccatum mortale, quod aduertat hoc esse contra mandatum Dei, de ratione enim peccati mortalis est quod sit contra preceptum Dei. Cum ergo per deliberationem perceperit ratio, quod discedere est contra preceptum Dei, efficitur mortale si discredat. In eo vero quod inhæret rationibus æternis tanquam medio, eas consulendo, non potest esse peccatum ex surreptione, quia ipsum consilium deliberationem importat: potest tamen nihilominus et hoc modo in ratione superiori esse peccatum veniale & mortale. In consulendo enim quarimus, & per quod aliquid fieri possit, & per quod aliquid melius fiat. Dupliciter ergo in consulendo rationes æternas, potest esse peccatum. Uno modo, in quantum secundum huiusmodi

Quest. dif. S. Tho. T 2 delibera-

deliberationē acceptat aliqd. qđ est omnino cōtra-
riū fini, vt eo posito nō possit ad finē pueniri, & tūc
est peccatū mortale. puta, cū aliqs deliberans forni-
cationē esse contra legē Dei, & nihilominus eā eli-
git, peccat mortaliter. Cū vero acceptat aliquid, qđ
nō excludit finē, sed tū sine eo melius ad finē pueni-
ri possit, qđ in aliquo retardat a fine, vel disponit
ad contrariū finis, tunc est peccatū veniale, pura, cū
aliqs dicit verbū otiosum ēt deliberās, qđ est pecca-
tum veniale disponens ad mortale, & in aliquo de-
ficiens a rectitudine iustitię, quę ducit ad Deum.

AD PRIMUM ergo dicendū, qđ nō oportet qđ qđ
cumq; rō superior peccat, qđ hoc sit p auersionē a
rōnib; æternis: qđ qđq; peccat approbādo aliqd; qđ
nō est contrarium rationibus æternis, ut dictū est.

In corp. ar.

AD SECUNDUM dicendū, qđ circa finē pōt esse in
ordinatio dupliciter. Aut qđ recedit a fine, & hoc
est peccatū mortale: aut quia acceptatur aliquid a
fine retardans, & hoc est peccatum veniale.

AD TERTIUM dicendū, qđ lux corporalis agit ex
necessitate natura, & iō qđdū manet integra, semp
agit, & nunq; hēt actū diminutū: sed vsus charitatis
& gratię subiacet arbitrio voluntatis, vnde nō sem-
per hō habens charitatem, vtitur perfectione eius:
sed quandoque agit aliquem actum diminutum.

AD QUARTUM dicendū, qđ Aug. loquitur de pecca-
to mortali qđ est pueritas qđ malū simpliciter peccatū
aut veniale nō proprie pōt dici pueritas; nec
est malū nisi secundum quid; vt supra dictū est.

Art. 2. huius
quod 1. arg.

AD QUINTUM dicendū, qđ qđ ratio procedens ex
rationib; æternis acceptat aliquid contrariū illis rō-
nibus, peccat mortaliter: sed quandoque peccat, nō
quia sit cōtrarium illud quod acceptat: sed quia est
disponens ad contrarium & retardans.

D. 1083.

AD SEXTUM dicendū, qđ ratio qđ semper dicitur re-
ta vel fm qđ se habet ad prima principia circa quę
nō errat, vel quia error non euenit ex p̄prietate
rōnis: sed magis ex eius defectu. Ex p̄prietate ve-
ro phantasię consequitur error in quantum apprehendit
similitudines rerum absentium.

AD SEPTIMUM dicendū, qđ tā cōtinēs qđ inconti-
nēs, hēt rōnem rectā ad minus in uniuersali: qđ & in
cōtinēs iudicat esse malū p rōnē rectā acceptare de-
lectationē in honestā, licet ab hac cōsideratione uni-
uersali deficiat pp passionē. Nō tñ sequit pp hoc, qđ
cuiuslibet peccatoris rō in vñ laudet, quia intēpera-
tus ēt extra passionē existēs iudicat ut bonū: dele-
ctatione inhonestā uti tāquā puerisā rōne iurens.

In corp. ar.

AD OCTAuum dicendū, qđ etiā rō deliberet, tñ ne-
cesse est qđ habeat aliquam considerationem, quę
includitur in ipsa deliberatione, ut dictū est. Nec
tñ oportet qđ quandoocunq; ex deliberatione pec-
cat, qđ peccet ex certa malitiā: sed solū tunc qđ ac-
ceptat aliquid cōtrarium virtuti, ut dicitur in 7. Eth.
veniale autem peccatum non contrariatur virtuti.
Cum ergo ex deliberatione consentit aliquis in ve-
niale peccatum, nō propter hoc peccat ex malitiā,
& per hoc patet solutio ad nonum.

AD X. dicendum, qđ deliberatus consensus nō cau-
sat Dei contemptum, nisi illud in quod consentis
acceptetur ut contrarium Deo.

AD XI. dicendū, qđ obiectū superioris rōnis, qđ est
altissimū pōt cōsiderari & fm cognitionē superio-
rē, & fm cognitionē inferiōrē. Nā cognitio quam
Deus hēt de bono æterno, qđ ē ipse, est supra cog-
nitionē, quā homo habet de eo per rationē humanā.
& ideo homo in sua cognitione rectificatur per eo

gnitionē diuinā in quantum credit reuelationi diu-
næ. Cū vero aliquis subito apprehēdit Deum non
esse trinum & unum, apprehendit hoc fm rōnē hu-
manā, & est peccatū veniale. Cum vero deliberans
applicat ad hoc cognitionē diuinam cōsiderans, qđ
hoc est contra id, quod Deus reuelauit, quod ali-
quis discredat vnitatem illius Dei, & ideo fit morta-
le quasi reductum in contrarietatem altioris motus.

AD XII. dicendum, quod infirmitas immunitatis
naturalem complexionem cordis, aut aliquid ad eo
abiciens, semper est mortalis: sed infirmitas im-
bens in ordinationem aliquā in motu eius non sem-
per est mortalis, & similiter peccatum auferēda
ritatem a superiori ratione est mortale, nō autem
peccatum quod facit in ordinationē in aliquo
ARTICVLVS VI.

Quæritur in sensualitate possit esse peccatum veniale.

SEXTO queritur, utrum in sensualitate possit
esse peccatū veniale, & videtur qđ nō dicitur
Ambr. quod illud solum est capabile virtutis quod
est capabile vitij: sed sensualitas nō est capabilis vir-
tutis, significatur enim per serpentem, vt Aug.
dicit in 12. de Trinitate, quia ergo sensualitas non potest
esse causa virtutis, ergo nec vitij.

¶ 1. Præ. Secūdu Aug. oē p̄m in voluntate est
non nisi voluntate peccatur: sed sensualitas est
a voluntate, ergo sensualitas non est p̄m veniale.

¶ 2. Præ. Peccatum in brutis non inuenitur: sed
sensualitas est communis nobis & brutis, ergo in
sensualitate peccatum esse non potest. Sed dicitur
quod sensualitas in brutis nō est obediens rationi
sicut in nobis, & ideo in nobis potest esse subiectū
peccati, non autem in brutis.

¶ 3. Sed contra, sensualitas fm hoc nō erit subiectū
peccati venialis, nisi in quālibet obedit rōni: sed per
vnum quodque, illud magis & prius, ergo magis
assignandum subiectū peccati venialis ratio quam
sensualitas, peccant enim secundum Philonem
qui non assignant p̄m subiectū accidens.

¶ 4. Præ. Dispositio & habitus sunt in eodem
peccatum veniale est dispositio ad mortale. Cum
ergo peccatum mortale non possit esse in sensua-
litate, nec veniale in sensualitate esse poterit.

¶ 5. Præ. Aug. dicit super Gen. contra Manichæos
quod si aliquis motui sensualitatis non consentit
non periclitatur: sed coronatur. Nullus autem
naturaliter peccans ex hoc coronatur, ergo motus
sensualitatis non est peccatum veniale.

¶ 6. Præ. Aug. dicit in Sermone de operibus
cordiā, Omne peccatum est contemptus Dei
propter hoc quod contemuntur mandata eius: sed
la ergo parte animæ potest esse peccatum, quod
test percipere mandatum Dei, hoc autem non
est esse sensualitas: sed sola ratio, ergo peccatum
veniale non potest esse in sensualitate.

¶ 7. Præ. Nullus peccat in eo, quod per voluntatem
uitare non potest: sed homo non potest per voluntatem
vitare quin motus concupiscentiæ eum
secundum illud Rom. 7. Non enim quod uoluntas
num hoc ago, scilicet non concupiscere, ut
exponit, ergo motus sensualitatis non est peccatum
veniale.

SED CONTRA est, quod Magister dicit in
Sententia. Quod si motus concupiscentiæ in
sensualitate, erit peccatum ueniale: & sumitur
Aug. 12. de Trinitate.

RESPON. Dicendum, quod peccatum
respicit actū, ut ex superioribus patet. Cum
autem